

quod attinet, nullam tibi dictam legem putas. Ad eum
dem, licet inscribas, si sic series precedentium exiget, denique
ut visum erit; ad calcem Te constanter volo ~~te~~ ne omis-
sum velis, aut nominis nostri, quod ~~me~~ circa hujusmodi
in more non habemus, amplius fiat mentio. De tabulis
rerum Atrouionensium, curatum est sedulo; et qui manda-
tarij mei erga literas humaniores animus est, confide-
re nihil neglectum iri. Tui eorum, quae circa haec studia quo-
tidie agitantur tibi, subinde aliquid nobiscum communicare
dignaberis devincturus amicum ves, ut minime eruditum
at eruditionis certe cultorem devotissimum, Noninijs
vero tui apprimè studiosum. Vale. et me ama, qui haec
raptim egero, ut vides. Haga. 21. Novembris 1688.

C. Hugonius.

Heinsio.

(95)

Ex quo filiolo meo (quem quod amari a te ceperit, impen-
sitis diligendum duxi) felicem orbis introitum
accinxisse, nihil inter nos commercij fuisse, Mi Heinsi
indignantis animo recordor. Adeo ne messors mea ad
tertium a Te lapidem admovit, ut quasi diverso sub
axe vivamus, parcius te foveas, quam qui ab ultima
Italia et Graecia, si Diis placet, quotidie te compellant
et invicem compellati in literis peregrinorum vident
quem ego meo oculo nec aures, nisi quam rarissime
proximius vicinarum usuro. Aliquis hoc mihi igno-
cat, cui vel summa eruditio tua, quam nemo necit
vel insignis humanitas, quam omnes experientur per-
spectas sit. Aliquis vero hoc tibi, cui vetus ille, et quodam
modo hereditarius erga te affectus meus? Nemo hercule;
nemo; et si me audis, Nobilissime virorum, corrigamur utrim-
que quod abundè peccatum est. Sublimis cura te exercent,
me viliores multo, sed assidue non minus. Quasote, neutris
adeo nos impidamus ut amicitiae, singulari societatis hu-
manae bono, et quibus illa officij servari amat, decedat
quidquam. Statim equidem occasionem amplius nullam
omitteres, quàm testari ullo modo valeam, quam volupe
sit mihi cum Heinsio confabulari. In Urbem vestram
nuper cum advenissem (adveneam autem comitatus mag-
natum obstructus, quae causa fuit cur ad te non viserem)
et de morte filii Tui nuntiatum esset, adeo ut vite discrimen
adire crederem, mox in animo epitaphium fuit, ut si
quid illi humanitas accidisset, quod nascenti meo tribueras,
de nascenti rependerem. Illud mihi nunc argumentum,
ut spero, Deus eripuit; successit publicum longe latius,
cujus in Elegias quam adjunxi, specimen gravate ne videas
rogo.

25

rogo. Ita enim quotiescumque huc imprudentia delabor, praefati apud te deest prolixitatem scriptorem. Ad id quod pro Portano ludere debui potius quam volui. Gallium item quod pro veterano Schmetzingio nostro die natali Serenissima Regina Bohemia (testor ipsam veritatem) horae spatio profudi. Hunc hominem festivissima Principum, quod obeso corpore est, ironice pedissequum appellare consuevit. Ipsam inter anticos, qui adulari voluerunt magnam Dianam, ab iadefeso venandi stulto. Haec te praescire iactavit, ut nugatum meorum intelligentior esses. Omnia, ubi perlegeris, si quidem futurae tanti sunt, Barlaeo velim tradi curae, unde ad me redeant. Sapius ab eo viro (de quo quid sentias, ubi integrum erit, valde certior fieri cupiam) cum prosa oratione, tum Carmine conveniri soleo. At ut aliquis semper ejusmodi reponam, nec animus est, nec otium, cui quidem in huius studio maxime desideratis recessus tranquillitatem, non dii, non homines, non concessere columnas. Itaque hoc nunc una fidelia ut fieri sinas iterum te rogo. Illud perpetuo, ut me ames, qui te in oculis, mi Heinsi, fesso, et ut amare me uolis, fessus utique non desinam. Vale. Haga Comitum 23. Novembris 1628.

C. Hugeniis.

Barlaeo.
S. P.

(95)

Schedas illas tuas, vel memor, Mi Barlaeo, non est ut tam prompte remittam. fit illud intra paucos dies nisi quid secus imperas. Nunc raptim te moneo, quidquid super ea laetitiae argumento, quod nunc omnium in ore vel commenda est maxime, emissurus es, numero quidem secundum, a me futurum, licet merito semper primum Testem Heinsium appello, cui pauca in hunc Agonantam a me profecta, per occasionem missi, sed in speciem fideicommissi; ut lecta tibi tradi curet, cui et me uti substitutum ultimum haeredem scito. Nempe ut tua si redimere cupias mea itidem remittas. Ad id et Gallici sermonis aliquid, et si tuis placet Hispanici, cuius et Brosterhusium particeps velim, et si ei videbitur septentrionalissimum sesquipedalissimumque Vanderburghium. Vale vir Praestantissime. Haga Comitum. 8. Cal. Decembris 1628.

C. Hugeniis.

Barlaeo.